

Præfatio Communis

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias agere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Coeli coelorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecámur, súpplici confessione dicéntes: Sanctus.

Communio

Fidélis servus et prudens, quem constitúit dóminus super famíliam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram. (Luc 12:42)

Postcommunio

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus Ioánnes Confessor tuus et Doctor egrégius, quæsumus, precátor accédát.



BENDROJI PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, mums visada ir visur Tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve, per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina Viešpatystės, dreba Galybės. Dangūs ir dangiškosios kariaunos, taip pat ir palaimintieji serafimai vieningu džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

KOMUNIJA


Štai ištikimas ir protingas tarnas, kurį valdovas paskyrė savo šeimos nariams, kad jiems duotų laiku skirtą maisto dalį. (Lk 12:42)

POSTKOMUNIJA

Viešpatie, meldžiame, kad per šv. Jono, išpažinėjo ir Bažnyčios mokytojo užtarimą Tavo aukos mums teiktų išganymą.

Proprium Missæ

S. JOANNIS A CRUCE CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS ŠV. KRYŽIAUS JONAS IŠPAŽINĖJAS IR BAŽNYČIOS MOKYTOJAS



Introitus

In médio Ecclesiæ aperuit os eius: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ induit eum. Ps. Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. (Eccli 15:5, Ps 91:2)

Collecta

Deus, qui sanctum Ioánnem Confessórem tuum atque Doctorem perféctæ sui abnegatiónis et Crucis amatórem exímium effecísti: concéde; ut, eius imitatióni iúgiter inhæréntes, glóriam assequámur ætérnam.

INTROITAS

Bažnyčios viduryje jis atvėrė savo burną; ir Viešpats pripildė jį išminties ir supratimo dvasios; Jis jį aprenė garbės rūbu.

Ps. Gera šlovinti Viešpatį, giedoti šlovės giesmes Tavo vardui, Aukščiausiasis. (Sir 15:5, Ps 91:2)

KOLEKTA

Dieve, kuris šv. Jonui, išpažinėjui ir Bažnyčios mokytojui, įkvėpei tobulą savęs išsižadėjimo ir Kryžiaus meilę. Padėk mums nuolatos eiti jo pėdomis, kad pasiektume amžinąją garbę.

SCHOLA CANTORUM CAUNENSIS, ANNO 2020

www.grigaliskagiedojimas.lt



Schola Cantorum Caunensis

Epistola

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Timothéum (2 Tim 4:1-8)

Carissime: Testificor coram Deo, et Iesu Christo, qui iudicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius et regnum eius: prædica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria, coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor, et tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo repõsita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum eius.

Graduale

Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium.

V. Lex Dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. (Ps 36:30-31)

Alleluia

Alleluia, alleluia.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Alleluia. Alleluia. (Eccli 45:9)

EPISTOLĒ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Timotiejui (2 Tim 4:1-8)

Mylimieji, karštai prašau dėl Dievo ir Kristaus Jėzaus, kuris teis gyvuosius ir mirusiuosius, dėl jo apsireiškimo ir karalystės: skelbk žodį, veik laiku ir nelaiku, bark, drausk, ragink su didžiu kantrumu ir kaip išmanydamas. Ateis toks laikas, kai žmonės nebepakęs sveiko mokslo, bet, pasidavę savo įgeidžiams, susivadins sau mokytojų krūvą, kad tie dūzgentų ausyse; jie nukreips ausis nuo tiesos, o atvers pasakoms. Bet tu būk visame kame apdairus, kentėk vargus, dirbk evangelisto darbą, atlik savo tarnystę. Aš jau esu atnašaujamas, ir mano iškeliavimas arti. Iškovojau gerą kovą, baigiau bėgimą, išlaikiau tikėjimą. Todėl manęs laukia teismo vainikas, kurį aną dieną man atiduos Viešpats, teisingasis Teisėjas, – ir ne tik man, bet ir visiems, kurie su meile laukia jo pasirodant.

GRADUALAS

Teisingo žmogaus kalba išminties kupina, o jo liežuvis sako teisybę.

V. Jo širdyje yra Dievo įstatymas, todėl jo žingsniai nesvyruoja. (Ps 36:30-31)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

V. Viešpats jį pamilo ir išpuošė: apvilko jį garbės drabužiu. Aleliuja. (Sir 45:9)

Evangelium

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum (Matt 5:13-19)

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendant lucernam, et ponunt eam sub mōdio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Nolite putare, quoniam veni solvere legem aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere. Amen, quippe dico vobis, donec transeat caelum et terra, iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo solvent unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum.

Offertorium

Iustus ut palma florabit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. (Ps 91:13)

Secreta

Sancti Ioannis Confessoris tui atque Doctoris nobis, Domine, pia non desit oratio: quæ et munera nostra conciliet; et tuam nobis indulgentiam semper obtineat.

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Matt 5:13-19)

Anuo metu Jėzus kalbėjo savo mokiniams: „Jūs žemės druska. Jei druska išsidvoktų, kuo gi ją reikėtų pasūdyti? Ji niekam netinka, ir belieka ją išberti žmonėms sumindžioti. Jūs pasaulio šviesa. Nejmanoma nuslėpti miesto, kuris pastatytas ant kalno. Ir niekas nevožia indu degančio žiburio, bet jį stato į žibintuvą, kad šviestų visiems, kas yra namuose. Taip tešviečia ir jūsų šviesa žmonių akivaizdoje, kad jie matytų gerus jūsų darbus ir šlovintų jūsų Tėvą danguje“. „Nemanykite, jog aš atėjęs panaikinti Įstatymo ar Pranašų. Ne panaikinti jų atėjau, bet įvykdyti. Iš tiesų sakau jums: kol dangus ir žemė nepraeis, nė viena raidelė ir nė vienas brūkšnelis neišnyks iš Įstatymo, viskas išsipildys. Todėl kas pažeistų bent vieną iš mažiausių paliepimų ir taip elgtis mokyto žmones, tas bus vadinamas mažiausiu dangaus karalystėje. O kas juos vykdys ir jų mokys, bus vadinamas didžiu dangaus karalystėje.

OFERTORIUMAS

Teisusis žydės kaip palmė ir vešės kaip Libano kedras. (Ps 91:13)

SEKRETA

Viešpatie, telydi mus šv. Jono, išpažinėjo ir Bažnyčios mokytojo, malda, užtarianti mūsų aukas ir nešanti kalčių atleidimą.